Alexander eps servus servor dei Dilectis filiis Prioribus et Populo Terre nre Montissancti Firman dioc Salt
et aplicam ben Ex relatione quorsdam ad nram pervenit noticiam qd iniquitatis filius olim diu falsa simulatione celatus et nunc tandem in
sua malignitate ambitioneqz detestabili patefactus Angelus quondam Eps Ravennaten qui se Sancte Roman ecclie Cardinalem non solum temerarie
vers etiam fatue et ridicule nominare presumit contra dilectum filium Johannem Roberti de Santoseverino Plebanum Plebis Sancti Stephani
de Montesancto suam perversitatem exercens ipm dicta ecclia spoliare non dubitavit Capellanos et Vicarios per eundem Johannem ibidem con
stitutos enormiter vexando ac fructus et res ad Johannem et Capellanos sive Vicarios prefatos pertinentes per iniuriam auferendo Nos igitur
attendentes qd omnia huiusmodi incommoda illa de causa eidem Johanni fuerunt inflicta qd ipse recte et laudabilis intentionis existens salutiferam
xpianors unionem per viam sacri generalis Concilii introductam sequebatur et nobis ac Roman ecclie se prestabat et prestat fidelissimum servito
rem ac volentes ipm Johannem propter nobilitatem generis et alia laudabilia eius merita precipuo favore complecti devotionem vestram requirimus
et hortamur in domino eisdem nichilominus per aplica scripta mandantes quatinus efficaciter providere velitis ut prefato Johanni tam possessio
dicte Plebis quam etiam bona sibi Capellanis et Vicariis prefatis ablata libere et efficaciter ac effectualiter restituantur amotis ex dicta
Plebe quibuscumqz aliis detentoribus et illis qui aliquas res et bona ad eam pertinentia tenere inveniuntur per oportuna remedia prout vobis
videbitur expedire ad restitutionem faciendum compulsis. Dat Pisis ii Kl Octobr Pontificatus nri Anno Primo.

J. Rodolphus

Restituzione
della Pieve
Alessandro V.
N.° 30.

1409

Et fructus et alia occ(asione) [illegible] restituant d(omi)no
Johanni [illegible] plebano [illegible]
[illegible] alliata